

Ad Sig. Aug.

Catherina Jagellonia regina Suevia Stanislaus  
Hosius.

Gratulatur quod fidem catholicam constantem reti-  
neat, ac de serenissimi regis mariti sui conversione labore

65

Non ignorat proculdubio serenitas vestra me si vo-  
lente regia maiestate domino et benefactore meo clemen-  
tissimo v. m. fratre, nunc in urbe degere, ubi audio multos  
vires principes pietatem et constantiam v. s. in fide  
catholica summa cum illius laude predicantes, quod non  
solum ipsa sine ulla dubitatione constantem fidei Chri-  
stiane puritatem retineat, nec in ulla re ab unitate catho-  
lica ecclesia, in qua illi maximi, summaque pietate reges  
v. s. majores et nati et mortui sunt, divelli se patiantur,  
verum etiam tanta cum sollicitudine in id studium  
incumbit ut aliorum quoque salutem opera sua reprae-  
sentare possit, ut omnes sub uno pastore, relictis ex-  
traneis, quibus plenus est mundus, eodem oculi contine-  
antur: ante omnia vero factum hoc s. v. in calum usque  
laudibus effertur quod serenissimi regis Suevia mariti sui  
salutem sempiternam tanta cura habeat, ut ab erro-  
ribus, in quos fraude ministrorum sathana adduci se  
passus est, ad agnitionem verae fidei et ecclesiae Chri-  
sti communionem iterum possit evocari. Quam etiam  
ob causam Jesuitarum aliquos viros piros et doctos ad se  
mitti desiderat quorum opera errantibus errores eos  
demonstrare et ab illis ad verum iter salutis aeternae  
unde per sathana ministros deducti sunt, deducere  
possit. Plena est urbs sermonibus istis, de sereni-  
tate vestra, qui quantam animo meo voluptatem  
adferant, dici non potest, nec me potui continere, quin  
hinc meis ad ipsam s. v. significarem, et illi mentem  
hanc, quin et existimationem tam proclaram quam  
de serenitate v. apud hanc sedem conceptam esse audio  
gratularetur

gratularer. Quandoquidem hoc etiam renunciatus quod se,  
renissimus res serenitatis vestre maritus non longe jam  
absit a regno Dei salubribus consiliis et precibus V.S.  
adductus, Deus omnipotens benedicat consilium hoc  
S.V. et in multos annos incolumem, cum hac tam  
pia et sanctis illis S.V. majoribus digna sollicitudine, et  
seruet ut videat serenissimum regem maritum suum  
quem et aliorum subditorum suorum animas, ad ve-  
rum salutis iter a certissimo exitu opera orationibusq;  
suis esse reuocatas. Hoc uno nullum grateus Deo sacri-  
ficium offerre potest, quam ut elaboret quo lumen ve-  
ritatis obsecrationum hominum animis quamprimum  
adferri queat, Quam ad rem S.D.N. pater omnium fi-  
delium et pastor universalis ecclesie Catholice Grego-  
rii 13 suam benedictionem libenter sane largietur:  
nec ullos labores defugiet, ut ad ovile Christi, quod ille in  
hoc mundo visibili regit et gubernat per piam vestre  
serenitatis sollicitudinem, Jesuitarum opera, de quibus  
est tantopere sollicita, errantes oviculae quae sunt  
serenitatis vestre dominio subjectae, possint in viam  
veritatis et unitatem ecclesie Catholice reuocari. Ego  
quoque, si quid ad eam rem presidii adferre poterem,  
promptum et paratum me offero: nec ulli mihi la-  
bores molesti sunt futuri, quoscumque me serenitas  
vestra in deducendis ad optatum exitum tam piis illis  
solicitationibus perferre voluerit.